



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXVI. Herzog Albert von Braunschweig erklärt, den Rittern Heinrich und Friedrich von Alvensleben mit dem ihnen verpfändeten Schlosse Jerrheim keinerlei Vogtei, Grafschaft oder Besteuerungsrechte über ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XXV. Bischof Albrecht von Halberstadt schenkt den deutschen Rittern die von Heinrich und Friedrich von Alvensleben erkauften Zehnthebungen zu Bergen bei Rodensleben, am 19. Oktober 1313.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Albertus, dei gracia halberstadenfis ecclesie Episcopus, Heynricus, prepositus, Fredericus, Decanus, totumque eiusdem ecclesie Capitulum Vniuersis cristi fidelibus presenciam uisuris seu auditoris salutem in perpetuum. Vt ea, que perpetue disponuntur permanfura, robur perpetuitatis obtineant, expedit ea uiuacitate literali et fideli testimonio perhennari. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod cum religiosi uiri Commendator terre saxonie et ceteri fratres ordinis teutonice de nostra unanimitate et beneplacito decimam quindecim mansorum et dimidii cum septem iugeribus, ouerlant uulgariter nuncupatis, cum omni iure, adiacentibus uille Berghe et campis, a strenuis militibus Hinrico et Frederico de aluenfleue, qui a nobis et ab ecclesia nostra iam dudum in pbeodo tenuerunt, licite redemissent, quam quidem decimam per uoluntariam resignationem predictorum militum in nostra manu liberam tenentes, Commendatori terre saxonie ceterisque fratribus domus theutonice antedictis necnon eorum ordini una cum proprietate dicte decime donauimus, diuini amoris intuitu, pure et simpliciter per presentes transulimus in eisdem perpetue possidendam. Verum ut presens donacio nostra et translacio perpetue firmitatis existat, in euidens testimonium predictorum nostrum et Capituli nostri sigilla presentibus duximus apponenda. Huius rei testes sunt Dominus Wernerus de Wanzleue, nostre ecclesie Camerarius, Frater Heydenricus, plebanus in berghe, Lodewicus de Wanzleue, miles, Conradus, capelle rector in blank: et quam plures alii clerici et layci fidedigni. Datum halberstad, Anno domini M^o. CCC^o. XIII^o. In crastino Luce.

Nach dem Originale im Guts-Archive zu Bergen, vom Herrn Hofammerrathe Steinkopff mitgetheilt.

XXVI. Herzog Albert von Braunschweig erklärt, den Rittern Heinrich und Friedrich von Alvensleben mit dem ihnen verpfändeten Schlosse Zerrheim keinerlei Vogtei, Grafschaft oder Besteuerungsrechte über Besitzungen der Kirche St. Blasien zu Braunschweig eingeräumt zu haben, am 19. August 1313.

Nos Dei gratia Albertus, Dux in Brunefwich, — — recognoscimus — — quod in obligando castrum nostrum Gerksom, discretis uiris Henrico et Frederico de Aluenfleue, militibus, et ipsorum heredibus, non coobligauimus cum eodem castro nec occasione eiusdem obligationis indulimus seu indulgemus ipsis aliquam advocatiam, comitiam aut petitiones aliquas seu seruitia in hominibus et in bonis Canonicorum ecclesie sancte Blasii in Brunefwich — —

ubicunque jacentibus tam in villis quam in campis circa castrum supra dictum — — — Datum Anno Domini M. CCC. XIII., Quarto decimo Kal. Septembris.

Vollständig in Nehtmeyer's Braunschw. Kirchen-Gist. Supplem. S. 34.

XXVII. Bischof Albert von Halberstadt und sein Domcapitel überlassen auf Antrag Heinrichs und Friedrichs von Alvensleben dem Kloster Marienthal den Zehnten aus Günsleben, am 11. October 1314.

Albertus, dei gratia Halberstadenſis Eccleſie episcopus, Hinricus, prepositus, Totumque eiusdem Eccleſie Capitulum — — Decimam nostram in Gūnnenfleue ad instantiam et promotionem honestorum ac strenuorum Militum, Scilicet Hinrici et Friderici, fratrum, dictorum de Aluvenfleue — — donamus et offerimus cum omnibus suis appendiciis tam in villa quam in campis — — Abbati et Conuentui Monasterii vallis Sancte marie — — sicut eam a diebus antiquis nostra possedit Ecclesia, in ius proprium et proprietatem perpetuam — — Datum et actum Halberstad, Anno domini M^o. CCC^o. Quartodecimo, Quinto ydus Octobris in nostro Capitulo generali.

Nach Wohlfried's Extract aus dem im Halberst. Landesarchive befindlichen Original.

XXVIII. Die von Alvensleben verkaufen dem deutschen Orden die bei Groß-Rodensleben befindliche Dorfstätte Klinte, am 13. April 1315.

— — nos Hinricus, Fredericus et Gebehardus, et Gunterus, milites, dicti de Aluvenſleben, recognoscimus, — — de voluntate unanimi, et consensu omnium nostrorum heredum vendidimus villam seu locum ville in Klinte, habentem XII magnos mansos, soluentes annuatim VI marcas, decem sitos in campo eiusdem, ac duos in magno Rodensleve cum omnibus bonis, iuribus, usibus, altinentiis, viis et inviis, stratis, pascuis, nec non pratis, aquarum meatibus, pro centum et septuaginta marcis Stendaliensis argenti, fratri Borchardo de Winnigstede, Ordinis domus Theutonice Commendatori per Saxoniam, ceterisque fratribus eiusdem ordinis Iherosolymitani Sancte Marie libere in perpetuum tenendum, habendum et possidendum, ipsamque venditionem firmam habentes cunctis temporibus warandabimus ipsis, prout de iure fuerit faciendum, obligantes nos firmiter per presentes, una cum strenuis militibus, Domino Ludovico, Guncelino, dictis de Wanſleve, non solum uniformiter, imo et quilibet nostrum singulariter in solidum,